



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Irregularitas ex defectu lenitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

352 Irregularitas ex defectu lenit.

tutelæ. Autilia & alij. Neque Clerici et si
incitent ad aliquem determinatè occi-
dendum. Hurtad. & Turrian. ibid ref. 27.
& 29. & p. 5. tr. 14. ref. 98. & p. 6. tr. 4.
refol 39.

18 In bello iusto qui subimmissum est ar-
mæ, non fit irregularis. Autilia & alij.
Neque qui pugnauit, sed dubitat an a-
liquem occiderit, vel mutilauerit. Auli-
la & alij. p. 4. tr. 2. ref. 28. & 30.

Ex defectu lenitatis.

19 Regularitas ex homicidio nō in-
currit. ob concursum ad illud,
nisi aut factum à ministro publico in-
stè, aut factum à persona priuatâ inu-
stè; vnde nec qui vendunt, aut donant
signa ad viuos comburendos, & gla-
dios, & funes ad interficiendos reos:
nec Confessarius, nec quis alius qui
hortando ut scalam adicendat, vel si-
mili modo accelerat mortem, incurrit
irregularitatem. Neque Confessarius,
vel alius Doctor interrogatus à iudice,
an teneatur reum morti addicere, et
iam si expresse respondeat teneri. Vsq.
Turrian. Hurtad. p. 3. tr. 5. ref. 79. & 80.
& in addit. 3. p. ref. 15. Neq; qui obligat
pœnitentem iuridice interrogatum ad
fatendum delictum, ex quo sequitur

eius

eius mors. Neque si persuadeat acquiescere iustæ sententiæ, quam non potest differre sine in iustâ appellatione. Secus si iustum appellationem dissuaderet. Cornejo p. 4. tr. 2. ref. 99.

20 Consiliarij Principum non sunt irregularares, siue ex concessione Pontificis, siue ex consuetudine. Nec Iudices, & Officiales Episcoporum, nec Administratores rerum Ecclesiasticarum, & piarum. Hurtad. & alij 3. ibid. ref. 98.

21 Episcopus qui permittit Iudici laico in Ecclesiâ exhumare corpus occisi ad capiendam informationem de delicto non fit irregularis: quia hic actus nimis remotus est à morte homicidæ. Riccius. & alij. ibid. ref. 95.

22 Ecclesiastici habentes temporalem jurisdictionem, non sunt irregularares, et si causas sanguinis aliis delegent. Imò et si committant in particulari casum aliquem dignum morte. Hurtad. & alij 2. ibid. ref. 78.

23 Clerici accusantes in criminalibus, quando protestantur ante sententiam, se non accusare ad vindictam, sed ad imperrandam sati factionem, non sunt irregularares; neque tantum quando id faciunt oblationem in propriâ perso-

Z na,

na, aut bonis, sed etiam in pérsonā, vel bonis eorum qui sunt ipsis commissi, aut ita propinquii, ut horum iniurias ad ipsos pertineat, quales sunt parentes, filii, fratres, aut quando sit ad eum tandem graue dampnum Ecclesiæ, reipub. vel innocentis, quod aliter impediri nequit. Aula & alij 4. Porro protestatio illa impedit irregularitatē, et si fīo animo fieret. Suarez & alij 7. ibid. ref. 33. & 75.

24 Aduocatus & telles in causa sanguinis sunt irregulares, et si præmitat protestationem. (Molina & alij 7.) Et si eodem modo hos excusari doceant. Coninc. & alij 2. Quod si Aduocatus simpliciter defendat reum non petendo pœnam talionis, nō sit irregularis, et si sequatur mors accusatoris. (Præpos & Turrian. ex Vafq.) Neque qui in illo casu testimonium dixit pro reo. Suarez & alij 3. Similiter testem, qui præcepto iudicis obligatus, vel gravi metu coactus testimonium dixit, ex quo secura est mors alterius, probabile est non fieri irregularē. Coninc & alij 4. sed contrarium est probabilius. Hurrad. & alij 3. ibid. ref. 32. 34. 96. & 31.

Ex